

SANTO ROSÁRIO EM LATIM

Signum Crucis

In nómine Patris, et Fíllii, et Spíritus
Sancti. Amen

Credo

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem,
Creatórem caeli et terræ; et in Jesum Christum,
Fílium ejus únicum, Dóminum nóstrum, qui con-
céptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine,
passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et
sepúltus; descéndit ad ínferos, tértia die resurrexit a
mórtuis; ascéndit ad caelos, sedet ad déxteram Dei
Patris omnipoténtis; inde ventúrus est judicáre vivos
et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum, sanctam
ecclésiám cathólicam, Sanctórum communiómem,
remissiómem peccatórum, carnis resurrectiόmem,
vitam ætérrnam. Amen.

Pater Noster

Pater noster, qui es in caelis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióem; sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Jesus.

Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Glória

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in saecula sæculórum. Amen.

Mystéria Gaudiórum

1. Annuntiátio Beátæ
Vírugini Maríæ.
2. Visitátio Beátæ Víruginis
Maríæ.

Mystéria Dolórum

1. Jesus in agónia factus.
2. Jesu flagellátio.
3. Jesu coronátio spinis.
3. Natívitás Dómini Nos-
tri Jesu Christi.
4. Jesus baíulat sibi cru-
cem.
4. Præsentátio Jesu et
Purificátio Maríæ.
5. Dómini Nostri Jesu
Christi crucifíxio et mors.
5. Invéntio Púeri Jesu.

Mystéria Glóriæ

1. Resurréctio Jesu Christi.
2. Ascénsio Jesu Christi.
3. Descénsio Spíritus Sancti.
4. Assúptio Maríæ.
5. Coronátio Dóminæ Nostræ
Beátæ Víruginis Maríæ.

Angelus

V/ Angelus Dómini nuntiávit Mariæ

R/ Et concépit de Spíritu Sancto.

Ave Maria grátia plena Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui, Jesus.

Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

V/ Ecce ancílla Dómini

R/ Fiat mihi secúndum verbum tuum.

Ave Maria.

V/ Et Verbum caro factum est

R/ Et habitávit in nobis.

Ave Maria.

V/ Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix

R/ Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oremus: Grátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde: ut qui Angelo nuntiánte, Christi Filii tui incarnationem cognóvimus; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectionis glóriam perducámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amém.